





Hain 10502









I.

LAVDINI EQVITIS HIEROSOLIMI
TANI AD FRANCIN^u BELTRANDⁱ
COMITEM IN EPISTOLAS MAGNI
TVRCI. PRAEFATIO.

• Pistolas a me nup̄ i lucem editas: ad quē
potius mitterē frācine: quam ad te: habui
nemine i quibus non tam mihi laus scri-
bendi: quam uoluptas quæ sita est Nam cum mei
gratia colligendi Cicianum Campaniæ oppidū
secessissem: has quidem per ocium minus accurate
scriptas edidi. ut & tibi sollicitudinis & studio-
rum rationem non inuito redderemus Commeta-
rios uero: quos olim ad summum pontificem scri-
bere aggressus fueram: ut in aliud tempus remit-
terem: suscepti operis magnitudo efficit. At scio
me tamen in hac te multorum maledictis expo-
nere. Adeo peruersa hominum ingenia sunt: ut
nemo ex cōsciētia recti: sed frontis arbitrio quisq;
iudicet. Sic ubi iam pridem uerum amisimus:
hoc de me posteris iudicium relinquo. Nunc pu-
eri nasum rinocerontis habent.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

Maumetes Turcorum Imperator: cui postea ex mag-
nitudine rerū gestarū magnus Turcus cognomēto



fuit : Cum Asia potiretur (auctis paterni regni
uiribus) in Europam copias ingentes per Ele
pontum classe traiecit : quibus mox Bizantium
nobilissimam Constantini urbem ui captam ex
pugnauit. Miliam uero utramque : Galathas :
Thraciam : Achora : Peloponessum : Acarnanes :
Etholos : Ambrachiam : Epyrum : atq; omne ylli
ricu laus in potestate redegit. Asiae uero minoris
regna circiter .xii. obtinuit Pontum : Bithiniam :
Capadocia : Paphlagoniam : Ciliciam : Paphlaria :
Liam : Cariam : Lidiam : Phrygiam : atq; omne
Helespontum : quibus imperat. Epistolas uero
ad innumeras orbis gentes plurimas dictauit.
partim Syro & Graeco sermone compositas :
partim etiam Scytica lingua scriptas : quas quide
Laudinius Eques hierosolimitanus : earum post
sententias assecutus : latinas edidit.

TVRCVS ZANCASSANO REGI
PERSARVM.

Audio te ad leptam (Euphrate superato) copias
ingentes traiecisse : quibus mox Parthoru fines
ingressus : omnia belli incendio late uastaueris .
ac uorum impetu facto : exercitum in Armeniam
traduxisse . ut quae post urbiu dirreptiones : uicos :

.II.

oppida: & agros in prædā militum diuiseris. Te quidē miror non uictoris animos: sed prædonis ostendere. Nos tamen ex omni græcia delectu habito: aduersum te cōfligere paramus. ut æquis uiribus cum hoste cōtendas. Turpissimū quippe ducimus: maximos atq; opulētissimos reges latronū bella imitari.

ZANCASSANVS TVRCO.

Cum sub radicibus Thauri castra posuissem: mox ad Thesiphontem oppugnandam cum exercitu magna celeritate cōtendi. Sines præterea Armeniorū late depopulatus: ut metu nobis omnia parerēt. Quo magis miror ipse ob quæ iure belli tot ac tanta gessimus abs te factum meum accusari. Non enim ex hoste laudē: sed uictoriā querimus.

TVRCVS ZANCASSANO.

Ad Cilicie angustias cum exercitu perueni: quo in loco Darium Alexāder. Max. memorabili clade superauit. Nec aliam nobis fortunam belli pollicemur: qui Alexādrū foelicitate ac rerū gestarū

gloria æquimus . Non enim multitudine imperita
res magnæ geruntur : sed in uirtute paucorū : uictoria
sita est .

ZANCASSANVS TVRCO.

Cum ad uires ipse meas respicio : ac magnitudinē
rerum gestarū : quibus deos immortales foelicitate
æquavi : temerarios quidē tuos apparatus minimi
duco . Qui eo semper usus sum inuictissimo exer-
citu : cuius uirtute regū fortunatissimus appellarer .
Bactrianosq; omnes Persas : Medos : Armenios :
Parthos : ac uniuersum pene orientem armis sube-
gerim . solusq; post Alexandrum bella gentibus
idixi . Tu uero superiore loci fortuna ad Cyliciæ
angustias gloriari desine . Indus Elephas Culicē
non timet . nec uero tam difficile quicquam est uel
arduum : quod non pertinax militū opera expug-
net . Virtus profecto nihil inuium habet .

SEXVARES REX ARMENIAE . TVRCO .

Oratores nostros ad Zancassanum in Thesiphon-
tē misimus : qui apparatu incredibili Mesopotaniā
ingressus . Babilonē et Carras magna ui oppugnare

III.

contendit. Syriam præterea omnem & Egyptum
in prædā sibi destinavit. Nusquā adeo innumerabi-
les copias tanquam ingentes exercitus in unum
coactos esse memoria proditum est ut Xerxem :
Darium: Porrum : & Alexandrum magnitudine
uirium facile superarit. Accedunt his milia equitū
sexcenta ac etiam totidem peditum. Apparatus
uero belli magnificus & locuplex. Tentoria uero
gemmis : ac etiam uario lapillorum genere distin-
cta : regiam suppellectilem ostendunt. Pellices
in contubernis totidem: quæ pueros ultra septi-
gentos adesse memorant. Eunuchi præterea cum
metatoribus impedimenta secuti ad sex milia re-
feruntur. Arma etiam cuiusq; generis ad usus
castrorum affirmant. Galicos toraces : Numatina
Hispanorū scuta: Latinas Ocleas : Sagittas Cy-
donum Cretenses : Arcus particos : & Egiptiorū
sarissas. Hæc tibi omnia p̄ speculatores nostros
quam diligentissime cognita nuntiamus. Quis enī
aduersus eum temere quicquam audeat : qui cum
diis ipsis de imperio certare uideat? aut quisnam
rebus suis consulere non curet sedulo ob incuriā
faciliter perituris?

TVRCVS SEXVARI.

Que nobis de apparatu Zancassani per legatos si-
gnificasti: militum quidē nostrorū animos auxeres
Quibus ad diripienda hostium castra spes lon-
ge melior ac belli fiducia accesserit. Pellices uero
gemmas atque exercitus ornamenta: nihil ad ui-
ctoriam conferre existimo: quæ cum hostibus impe-
dimento sint: nostrorū potius animos ad prædā
accendere uidetur. Nec tamen de apparatu regio
nec deliciis contendimus: sed de uictoria. ac mili-
tum uirtute. quibus regna parari soleant. Copias
adeo innumerabiles facile contēnimus. Imperita
enim multitudo ad fugam promptior est: quā ad
uictoriam.

SOLDANVS TVRCO:

Cum tot usq; uictorias rerum gestarum magnitudinē
ipse de te audiam: nulla quidem ratione satis ad-
duci possum: hæc uel tua uel militum uirtute geri:
sed fortuna pfecto: quæ in omni re dominatur.
Neque tamen ipse tuis laudibus inuideo. Quis
enim uirtutem etiam in hoste non prober? Sed
ea quippe est rerum humanarū imbecillitas: ut

4
. IIII.

nisi cūcta fati necessitate regantur: fortunæ potius omnia ludibrio exposita sint: quam uel prudētia hominū aut cōsilio recte gubernari queant.

TVRCVS SOLDANO .

Longe quidem aberras: si eos qui res contumto agūt: fatis omnia credere existimas. Virtus profecto nunquam fortuna regitur: sed ratio ipsa animi est: quæ in cunctis dominatur. & qua cæteris animantibus ad eos propius accedamus. Tu uero tamen eorum quæ tot ac tanta gessimus rationem accipe. Si nobis speculatores & uigiles nō desunt. Si nobis etiam miles ueteranus adest. Si tyro quiuis ex omni numero delectus. Si præterea exercitus ingens uincere assuetus: uinci uero nunquā. Et qui longas hyemes sub pellibus durissime agat ac maximis sepe itineribus: periculis: laboribus & uigiliis terra marique expositus sit. nullaque bellandi intermissione fatigatus: & cuius acies nunquā loco cesserit. ac nemo pedem referre audeat. Et qui frigoris estus ac inedia patientissimus sit. nec fractus ī aduersis: nec ī secūdis elatus. & q̄ mala postremo omnia uirtute superauerit: & longiqua

domo militia tot innumeras orbis gentes & incre-
dibiles sepe hostium exercitus fuderit. Cuius &
ipse gratia uniuersi pene orientis Impator cōsti-
tutus sum Si hæc igitur ōnia fortunam uocas : &
casu euenire : fateor cuncta equidem fortunæ lu-
dibrio agi .

TVRCVS PONTIFICI ROMANO .

Corinthum Achaiaē nobilissimam : Etholos : Acar-
nanes : Macedoniam : atque omnē Peloponessum
armis iuasimus . Vicos præterea : agros : & oppi-
da late incēdio depopulati : ut mox ī Italiā bellū
transferamus . Hæc tibi omnia cum summo chri-
stianorum metu ac detrimēto nunciamus .

PONTIFEX ROMANVS TVRCO .

Quod Græciam omnem ferro igneque uastaueris :
non tam crudelitatem in hac re tuam : quam tot
urbium dirreptiones ulcisci paramus . Neque &
enim uictor hostibus ignoscere poteras : qui tu-

is etiam immanitate scelere ac libidine nunquam
pepercisti. Nec enim pius fasque quicquam apud
homines esse potest: cui (neglecta religione) deus
in contemptu sit. Nos tamen uero nullum a te bel-
lum in Italia metuimus. Facile enim scelerata ho-
minum arma contemnit: qui dei numine ac presidio
tutus est.

TVRCVS PONTIFICI
ROMANO.

Frustra per deos immortales nobiscum agis: qui nec
tecum de pietate: nec de religione: nec iusticia: sed
de imperio contendimus. Vter armis uictor exti-
terit iustior: eidem belli causa debebitur. Crudeli-
tatem uero: ac etiam scelera: quae duo nobis gra-
uissima obiecisti: ideo in captiuos exercemus: ut
eum esse me re quidem expiantur: quem uerbis
homines praedicant

PONTIFEX ROMANVS
TVRCO.

Et si tecum nobis iustissima belli causa est: non pa-
ri tamen scelere uel etiam ipsa libidine regnandi:

Sed pro tuenda hominum libertate arma sump-
simus . Quis enim mores tyranni perditissimos
æquo animo ferat ? Nanque quod plerumque in
cæteris usu euenit : ut uel metu uel odio : non nūq̄
etiam ira in subditos acerbiores reddantur . Ipse
omnibus sponte immanior es : qui crudelitate po-
tius quam uictoria gloriaris . ac ea tanquam pa-
rum sit admisisse . Captiuus etiam semper calami-
tates exprobasti . Meritas igitur penas exolues .
Ultor enim scelerum deus : uindictæ tarditatē sup-
plicii grauitate compensat .

TVRCVS VENETIS .

Ad patras ingenti cum exercitu ueni . uidi . & uici .
hæc uobis cum maximo rei publicæ detrimento
nunciamus .

VENETI TVRCO .

Nec belli usu ; nec uirtute militum : sed nos fortuna
ad patras superasti : quæ cū minime sit ī potestate
hominū sua eandem ipse rerum uicissitudinē : qua
nūc leuissime oīum stolidissimū gloriaris : expecta .

. VI .

Parū enim laudis uictoria habet: in qua plus fortuna ludibrio actum est: quam hominum uirtus seu consilio prouisum.

TVRCVS GRECIE
MAGISTRATIBVS

Non pigebit uos tandē ab armis discedere: quos toties a me uictos acie: bellū adhuc reparare audio. Victores enim arma decet inferre. Victos quidē obtemperare legimus. Tutius igitur esse uobis ducimus æquas pacis conditiones accipere: quam si rursus a me bello superati: pacē simul & arma amiseritis. Nam sera nimis est: post cladem deliberatio.

GRECIE MAGISTRATVS
TVRCO.

Nec prius ab armis discedemus: quam te cū bello congressi propulsemus iniurias: quibus nos abs te uictos fuisse totiens tua ex dementia gloriaris. Dubios enim rerum euentus & cōmunem belli fortunam non ignoras. Pacem uero quam ut uictis obtulisti recusamus. Minime quidem rei gerendæ consilia apud hostes querenda sunt.

TVRCVS VENETIS .

Classe uestra : quam ad belli naualis usum maximā comparastis : Litiæ maris infestari audio : ac uos late regni mei fines depopulatos Athaliam pamphilie urbem armis circumfedisse . Videte obsecro quos tandem exitus hæc habitura sint . Aliena temere oppugnat : qui egre sua bello tueatur . Vos nanque post amissam Calcidem seruare potius rē publicam ac nominis dignitatem retinere oportet : quam armis imperium querere .

VENETI TVRCO .

Nec Peloponessus nec Calcis equidē ipse iam pridē bello amisse : nos ab oppugnatione perterrent : quas non ipsa uirtute militum nec uiribus expugnas : sed facta nostrorum deditione in potestatem redegisti . Nos tamen qui non armis perfidiā : sed uictoriam querimus : omnia tuis infesta mari ac terra classe reddidimus . Nec enim ad generosi principis animos uirtute accedit : qui non iure belli captas urbes : sed insidiis proditas in deditionem accepit .

7
VII.

TVRCVS GENVENSIBVS.

AUDIO Menedorum uestros apud ciues graui mei
nominis cōtumelia sepe contionari: tanquam nos
iniuria aliqua maledicendo afficiat. Erratis uehe-
mēter. non enim maledictis uobiscum: sed armis
contendimus. atq; is de se facile rumores ī hoste
contemnit: qui regnādi libidine nullā iam pridem
apud homines infamiam declinauit.

GENVENSES TVRCO.

Nec patrum auctoritate Menedorus: nec urbis decre-
to ciues te nostri probris omnibus insectantur:
sed priuato quodam & īexpiabili odio: quo tibi
omnes ad iniuriam prouocasti. Hos uero non
maledictis iniurias: sed armis propulsamus. parū
tamen nostra sententia rei conducit: qui de te ferācē
in conditionibus rumores. Nullam quidē honesti
rationem exigit uitæ male acte turpitude.

TVRCVS NARITIIS.

Dementiam uestram: non belli metum accusamus
Naritii: qui a me uobis arma ultro inferri per-
suasi estis: tanquam nunc sibi in mures predam
leo meditentur. Non pudet ues igitur Culices

in Elefantem conflicere .

NARITII. TVRCO

Vtinam uilis prædæ naritios contemneres : ipsi enim ad uires parum tuas respiceremus . Sed nobis ignosce tot mala in hoste perpessis . Nos quidem præterita : futurorum rationem habere cōpellit .

TVRCVS CORCYRENSIBVS.

Falsi mihi estis iniuriam corcyrenses : qui à brachia fines & late Acarnanū agros depopulati : omnia in prædam diripuistis . cum tamen ipse uobis totiens antea ignouissem . Sed qui prius iniurias intulere : grauiores ipsi expectent necesse est .

CORCYRENSES TVRCO.

Erras uehementer : si nos tibi falsos iniuriam tantam existimas . nec tuorum clades & belli detrimēta intulisse . Nos ideo aduersum te prius arma sumpsimus : ut grauiora in hostē moliamur . Neque enim tyranni crudelitatem ferre æquo animo possumus : qui nullo immanitatis scelerum ac libtdinis genere omisso : uim omnibus attulerit .

8

.VIII.
TVRCVS REGI CIPRO^{RE}.

Ad Kalendas sextiles cū exercitu ī Ciliciā perueni:
ut Tharsiam urbem opulentissimam expugna: ē.
Lupum uero classis tue legatum: nō longe a phre-
atis captum occidimus. Tu igitur: qui paternum
regnum adeptus es: nunc fortunæ leuitatem me-
tue. Nihil in humanis rebus diuturnum atq; idem
foelix esse potest.

REX CIPRORVM TVRCO.

Cum bello Cyprum repeterem: nullis paterni regni
uiribus hostem ad Ceraunia uici: qui tūc meorū
ope destitutus: apud Carras exulabā. mox tamē
insulam parua manu īgressus incredibiles hostiū
copias superauī. ut me quidē oēs Euagorā antesse
prædicarunt. Nos igitur oīa consulo gerimus: ac
militum uirtute. nec tam bene gestis gloriamur:
quam futura prouideamus. Tibi uero præsertim
fortuna longe metuenda est qui tot rerum successi-
bus ac nimia usus foelicitate uidearis. Nā omnia
fatis cōmittere: non tam homini incertum est: quā
sepe temerarium.

TVRCVS METHONENSIBVS.

Nec urbem uestram Methonenses oppugnare: res
tamē ab exercitu nostro curā esse uolumus: donec
(belli diuturnitate) Cives in odiū arma uerterint.
Sic enim ualitudine semp aduersa laborātibz:
mors nempe langoris tedio exoptatior est: quam
uitæ longitudo.

METHONENSES TVRCO.

Parui siquidem semper arma fecimus: quæ ignauis
terrorem fortibus uim nullam afferant. Tu tamē
esse de nobis sollicitus desine: qui sine hostium
cōsiliis: aduersa præferre didicimus. Scito præterea
nūquam arma in odium uerti: quibus aduersus
tirānum patriam libertatem parentes ac liberos
egregii ciues tueantur.

TVRCVS .CCRONENSIBVS.

Non pudet uos Cronenses ter ad Mantineam acie
superatos uires & exercitus reparare. An ne ideo
bellum semper geritis: ut uinci totiens sero peni-
teat. Si uero pacis obtinende gratia in nos arma
sumpsistis: timori uestro ignoscimus. Si rebus
afflictis uincendi spe: insaniam accusamus.

VIII.

CORONENSES TVRCO

Qui bellum totiens in hostes moliuntur: hi se quod
 pacis studiosissimos longe omnium declarant.
 pax uero nulla ciuibus aut securitas reddi po-
 test: nisi pugna cum hostibus commissa. Nam belli
 semper & pacis arbitria in uictoria posita sunt.

TVRCVS FLORANTINIS.

Mercatores uestri qui Galathis & in Ponto negotiantur
 ad nos Thessalonicae oratum misere. ut illis ue-
 ritigalia a publicanis & comestus omnes liberi
 essent. Nos igitur: quibus nihil pulchrius est: quam
 in amicos liberalitatem ostendere: uestros ciues
 libertate donauimus. Nam qui benemeritis de
 se beneficium contulit: is non tam aliquid exhibe-
 re: quam referre gratiam uidetur.

FLORENTINI TVRCO.

Beneficiorum magnitudine a te profecto superamur
 gratitudine uero animi nequaquam. Nam dignum
 te aliquid in ciues nostros contulisse: id quidem
 multifecimus semper. At nos uero maiora tibi
 uiribus referre pluris hoc esse ducimus. Non enim
 magnitudine rei beneficium: sed uoluntas animi

officio pensanda est.

TVRCVS PONTICIS .

Naues onerarias : quibus ueluti propugnaculis maria infestabantur: captas in Egeis ad uos remissimus . Neque tamen pro deos immortales ut aliquid ad gratiam contulisse uideamur: nobis multo quippe gloriosius est liberaliter in omnes plura conferre: quam accipere .

PONTICI TVRCO .

Liberalitate in omnes uti: quid hercule aliud est : quam hominum gratiam promereri? Tu uero nauibus ad nos remissis ex hostibus iam pridem : nunc belli socios reddidisti . Adeo pulchrum est iniurias in gratiam commutare .

TVRCVS CRETENSIBUS

Turpe quidem nobis est Crentenses amicitiam colere in qua bellum potius aduersum nos quam pacem ostenditis . Sed uidete quaeso: ne uobis temerarium sit: eos mox ut hostes formidare: quos prius socios nullo iure contempsistis . Multos enim sepe conatus sui penituit .

CRETENSES TVRCO

Et uim ui repellere : ac dolum dolo nequere : nobis semper maiorum instituto licuit: neque tamen amicitiam

10
X.

violamus: si inimicorum iniurias ulciscimur. Sed
quo nam pacto tu a nobis fidem exigis: quam
ipse nemini unquam antea praestitisti.

TVRCVS CHIIS.

Tributa uobis chii remisimus. nam cum uestrorum
erga nos meritorum magnitudinem respiceremus
uos quidem esse iussimus immunes. Non enim
ab amicis pecuniae: sed fides exigenda est.

CHII TVRCO.

Non quod pro tua erga nos liberalitate optauimus
id enim uotis minime assequeremur: sed quod ua-
luimus gratias tibi immortales habemus in posterum
Hoc nobis tamen solatio est: quod facultate ab
amicis non liberalitate vincimur.

TVRCVS EPIDAVRIS.

Abideos Phruges & Dardanos maris antea p̄do-
nes nunc classe ad Milas interceptos: ac uariis
cruciatibus enecatos audio. Id quidem a uobis
iure belli factum existimarim. Liburnicas tamen
ac biremes incendio absumpsisse turpissimum
ducimus. Non enim bellum uobis cum nauibus quod
uero sentiant: sed cum rectoribus suis gerendum est.

EPIDAVRI TVRCO

Et pyratas iure belli captos & liburnicas incendio

absumpsimus. Illos uero quod nos sepe incursionibus infestauerunt. has quidem quod latrones finibus nostris inuexerant. Par ergo duximus naues cum rectoribus suis incendere: quae predam nostrorum ac spolia in asiam auerterent. arma enim quibus oppugnantur pro hostibus habenda sunt.

TVRCVS NAVPLENSIB.

Non cessabitis ab iniuria Nauplenses: qui fines Acheorum ingressi: multos quidem mortales crebris excursionibus in predam adduxistis. Quo pacto. n. fieri potest: ut qui metu clausi permantur ob sidione uictoris agros & oppida late incendio uastauerint: Sero tamen patriae consulere uidentur: qui desperatis rebus conantur extrema.

NAVPLENSES TVRCO.

Et patriae in primis ac ciuium saluti: quibus omnia debentur uitam obiecimur. Aut enim pro defensione Rei publicae salua nobis libertate honestissime cadendum est: aut depulso tyranni iugo: pristinam retinebimus libertatem. Nihil uero pulchrius esse ducimus: quam parentibus: liberis: ac rebus postremo omnibus: patriae libertatem antepone.

. XI .

TVRCVS PANNONIIS .

Virtutē uestram Pannonii & si bello maxiam sepe
declarastis : plus tamen uobis incōmodi attulisse:
quam boni quicquam usum didicistis . His uero
qui maiores uiribus animos gerunt : semper affuit
in bello temeritas .

PANNONII TVRCO .

Nec belli a te consilia: nec armorum quibus oppu-
gnamur: rationē ab hoste exigimus . Satis pru-
dentiaē quidem gerendis rebus habere existimāē
qui uirtute animi & constātia uictoriam sibi cū
laude pepererunt .

TVRCVS MACEDONIB.

Legati ad me uestra mandata pertulere: quibus nos
ad odium potius quam ad gratiam prouocastis
Vos enī totiens uictos & supplices decere ma-
gis uidebatur pacis conditiones recipere : quam
auferre impudentius . Turpe quidem ē calami-
tatibus affectos superbe cum uictoribus agere.

NACEDONES TVRCO .

Nulla tecū nobis ex equo pax esse potest: qui tue-
ri patriæ libertatem studeamus : tu uero armis
imperium querere . nec tamen nisi constanter &
ingenue de Re publica loqui possumus : qui

pulchrius libertate nihil apud homines esse
ducimus. Hoc tamē cōmune tyrānis uiciū ē: ut
gravi semper odio liberas ciuitates insequantur.

TVRCVS ASIATICIS.

Oratores uestri apud Zizicum legationem expo-
suere: quibus re nobis hostes uerbis quidē socios
ad arma ostenditis. Aut igitur naues longas
quam primum nobis subsidio mittite: aut bellū
eligatis. Neq̄ enim uerbis semper amicorū uo-
luntas: sed cum facto opus sit tamen maxime
rebo declaranda est.

ASIATICI TVRCO.

Quod multa coram per legatos pollicemur: re autē
per pauca exhibemus: alterꝝ grati quippe ani-
mi est: alterum inopiæ ascribendum. Munera
uero ad te per Mearchū misimus: quæ si tuis
animis fortasse minora uidebunt: nostris tamen
uiribꝝ maiora fuisse existimabis.

TVRCVS BITHINIIS.

Nec ad belli usum naues: nec pecunias ī tempore
misistis. Tarditatem igitur uestram accusamus.
Videte obsecro: ne nobis infensi reddant: quos
per negligentiam contemneris uide nini. Præstat
enim uoluntaria semper in hostes arma sumere:

quam post multos ad bellum coxi.

BITHINII TVRCO.

Naues ex omni numero .xx. nuper incendio cōsum-
ptas amisimus. Reliquæ uero ad maleã partem
illisæ scopulis: partim etiam absorptæ p̄fundo
in hostium conflictu periere. Pecunias uero oēs
belli diuturnitate exhaustimus. Ignosce igit̄ tot
fortunæ calamitatibus affectis. Nulla. n. liberali-
tate uti possunt: q̄ extrema rezinopia laborāt.

TVRCVS DELPHICIS.

Nec apollinis uestri oracula: nec medicinæ auctor
Esculapius uos omnino ab insania liberarent: q̄
rem adeo inconsulte gessistis. ut ne minerva qdē
ipsa consilium uobis in tanta dementia afferre
queat. Nam corporis sepe langores ope adhibi-
ta curantur: morbo quidem animi uis nulla me-
deri potest.

DELPHICI TVRCO.

Sapientia quidem a rebus gerēdis plurimū distare
uidetur. Nobis tamen quod & medicis plerūq̄
euenit: qui aliorū morbos ad sanitatē perducunt
sibi uero nequaquā medentur.

TVRCS PERGAMENIS.

Expeditionē aduersum euboicos pergameni suscepimus. Vos ideo nobis ad Marathonas occurrere iussimus. ut qui uestram semp̄ erga me fidē opportune declarastis: nunc etiam cum opus sit celeritatem ostendite. Duplex illis gratia debet̄ qui in dando nō solum beneficio liberales: sed etiam promptissimi in exhibendo uideantur.

PERGAMENI TVRCO.

Classe igenti ad bellū proficiscitur. ut uires nō solū tuas augeamus: sed calcidēses fortius oppugnēt. Illis tamen gratiæ nequaquā habēdæ sunt: qui cū possint quod iure debēt liberaliter exhibeāt.

TVRCVS MITHELENIS.

Fides uestra Mitheleui & si omni tempore nobis perfecta est: nunc eam tamen maxime omnium declarastis: quos quidem urbis portas hostibus occlusisse audio. Non enim aliorum perfidiam libenter imitamini: qui nouis semper rebus studēt. Adeo pulchrum uobis est amicitiaē iura simul ueri atq; armis patriam defendere.

MITHELENI TVRCO.

Bithinei quibus extincta omnino Re publica sub tyrānide perpetuo agendū est: satius ī potestate

13
XIII.

unius esse duxerunt: quod multorum regna experiri.
fidem igitur nostram in hac re non tam probare debes:
quod admirari prudentiam. Non enim eos libenter
imitamur: qui morbo incurrabili laborantes:
multos sibi medicos adhibent. nullam tamen ad
crebra remedia corporis ualitudinem recipiunt.

TVRCVS AMAZONIIS.

Si pro tuenda ciuium libertate Amazonum bellum
aduersus me susceperitis: non tam uos ipse hostes
iudicarem: quam egregios ciues pro patria: liberis:
ac parentibus arma sumpsisse. Sed nulla quidem
ratione persuaderi ualemus: eos nunc uirorum impia
recusare: quos olim regna foeminarum tam diu pertu-
lisse audio.

AMAZONII TVRCO.

Amazonidum regna: quae nobis ad contumeliam
obicere uideris: nos minime quidem aliis parere
hortantur. Turpissimum enim ducimus: uiros foemi-
narum uirtute superari. Eos igitur inuidios armis
& principatu dignissimos arbitrare: apud quos
etiam mulieres imperare didicerint.

TVRCVS ILLIRICIS.

Nec urbem uestram armis tueri: nec diutius obsidionem

premi sustinetis . aut igitur uictis leges accipien-
dæ sunt: aut arma tyranni propulsanda. Demē-
tium sane est ōnibus sociorū auxiliis atque ope
destitutis : cum Rei publicæ detrimento bellum
protrahere.

ILLIRICI TVRCO .

Cum nobis semper animos ad retinendā libertatē
affuisse non ignores : spes adhuc nostras libēter
amplectimur. Neq; uero in deterius labi fortuna
potest: ubi afflictis rebus opem afferre nequeas .

TVRCVS RHODIIS .

Si uobis eadē Rhodii quæ animi est: uiriū quoq;
magnitudo par esset: uos longe quidem omnium
inuidiosissimos ducerem. Sed cū uiris equis armis
pecuniis & cōmeatu bella parentur: uestrā ma-
gis fortunam respicere oportet : q̄ nos temere in
pugnam lacessere. Minime enim par ratio uidet̄
hostem posse animis atque eūdē uiribus superare.

RHODII TVRCO .

Et uires nobis atque animos semp affuisse multis
ac maximis tuorū cladibus non ignoras . ōniāq;
ad necessarios rerum usus abunde cōparauimus
ut non minus domi Rhodiorum prudentiam

14
XIII.

quam foris in bello magnitudinem animi admirare. Nos uero & si armis inferiores sumus: a te profecto fortuna: non uirtute superamur.

TVRCVS RHODIIS.

Audio uos Rhodii nunc fossas urbis ingentes ac triplici uallo muros circumduxisse: portus uero geminos ad Maderachium Colossi ferreis arctasse catenis: ut ciuitas ab incursu hostium libera sit: & nos ab oppugnatione uestra deterreamur. Res profecto memoratu dignissima. Quid. n. pulchrius: quam libertatem: patriam: liberos ac parentes (seruata re publica) armis defendere? Sed quod tamen uobis animus est per deos immortales tam ingenti apparatu nostris uiribus terra ac mari obistere? Post enim Bizantium: Lesbos: Peloponnesum: & Calcidem expugnatas: uos aliarum potius urbium fatum decet imitari: quam in exemplum cladis prebere. Nam qui uiribus maiora audent: temeritatis quidem penas sepe dederunt.

RHODII TVRCO.

Græcorum nobis captiuitatem non tam commemorare debes quam nos alius in exemplum uirtutis referre. qui iustiore

belli causa meliorem quoque rerum fiducia gerimus. Te uero seme' ad Com: bis etiã armis ad Calymnum urbem uicimus. Soldani quoq; babiloiorz regis uires & arma obsessi pfligauimus. Egyptus uero Syris & phenicibus nauarchæ Rhodii bellum sepe intulerunt. Nolite igit aduersum innumeras orbis gentes uictoribus fiduciam nobis exprobare: qui alioz potius aduersum te animos uirtute nostra augeamus: quã ex captiuoz cõmemoratione terreamur.

TVRCVS EPIRIS.

Dirachium: Apoloniã: atque omne illiricũ latul ab exercitu nostro infestari: nuper ex legatis Molossorum cognouimus atque uiarũ angustias latronib; obsideri. nihil ue intra Macedoniã tutum esse reuulerunt. Nos uero Epiri iam pridem fati omnia credidimus. ac ius i armis experimur. quãobrem pristinae uirtutis mēores decere uos magis arbitror acceptas ulcisci iniurias: quam de his frustra p legatos uerba facere. Non enim oratione: sed bello uis hostium propulsanda est.

EPIRI TVRSCO.

Si nobis id quidē armis licuisset: acceptas ab hoste iniurias ulcisci mallemus: quā de his tecum per legatos agere. Sed cum nullis uiribus id assequi ualeamus: satius quidem esse duximus pacē ab hostibus petere: quam bellum frustra moliri. Nā recte omnia consiliis prouidisse: nō tam prudētiae debet quam fortitudinis uideri.

TVRCVS DALMATIS.

Tributa uobis imperauimus: quæ cum sero nimis exhibeant: id facere inuitos ostenditis. Aut igitur fidem uestrā (cum opus sit) re nobis cōprobate: aut bello uos hostes declarabimus. Minime quidē decere uidetur in amicitia dissimulatio.

DALMATAE TVRSCO.

Tarditatem minime nostram accusare: sed inopiam debes. Nullo enī pacto exhibere tributa possūt: qui nullam cogendi pecunias facultatem habēt. Quamobrem minime hostes iudicandi sunt: qui fide tantum in amicos: liberalitate uero nulla ob inopiam utantur.

TVRCVS APPVLIS.

Brutiorū urbes atq; omnē late Appuliā iure belli repetimus: qui ut Græcos armis subactos nostro

adiecimus impio: nūc eā quoq; italie orā armis
inuadere paramus: quæ magna quōdā Græcia
uocitata est. Vos igit̃ aborigenes ur̃os pulcherr̃e
imitari: deditiōnē facite. Turpe q̃dem uidet̃ egre-
giis ciuib; ab instituto maior̃ ac patriæ legib;

APPVLI TVRCO. (desciscere.

Qui oīa ex libidine agūt: uis sibi quid est ī armis
esse declarāt. Tu uero & si nos græcor̃ calamit̃
tatē sequi iubes: nō tam nobis eor̃ leges quam
regnum psuadere niteris. Sed nullo pacto fieri
pōt: ut tibi cæteris ad gratiā p̃mptiores red-
damur: qui captiuos (oīb; a te suppliciis affectos)
iter uarios cruciatu crudelissime enecasti. Facile
enī clemētia liberalitate & iusticia regna parari
solēt: difficillīe uero sub tyrānidē armis retineri.

TVRCVS BRVNDISINIS.

Portus nobilissimi ad nauū receptacula: atq; urbis
uestræ situm: ex legatis Messapiorum cognoui-
mus. Vos idcirco cum hydruntinis belli socios
nobis ad arma pollicemur. Copias namque
in Italiam traicere paramus: quibus ingenti
comparato exercitu: uictoriam consequamur.
Minime igitur eum uos decet asp̃nari: quem ob

96
XVI.

iusticiam sui diligere possunt: atque hostes ob
arma formidare.

BRVNDVSINI TVRCO.

Nō pudet eos te belli nefarii socios ī arma euocare:
quos semper hostes omīum acerrimos habuisti.
Detestanda quidem arma tyrāni sunt: cui post
uictoriam inter crudelitātē scelera & libidines:
captiuis mox seruiendum est.

TVRCVS SYRACVSANIS .

Audio uos Syracusani cū Agrigentinis: Messanis:
& Cataneis aduersum nos (pro restituenda gre
corū libertate) conspirasse. Nos idcirco ex Pelo
ponesso copias ingētes Syracusas traicere para
mus: ut eos nūc hostes experiamini: quos prius
socios nullo iure contempsistis.

SYRACVSANI TVRCO.

Cum gerēdi belli fiducia aduersum te arma sump
serimus: nil temere profecto aggredi in hostem
uidemur. nam qui iustius de imperio certant:
promptiores ad uictoriam redduntur.

TVRCVS ITALIE MAGISTRATIB.

Germaniā: Gallias: & Hispaniam aduersum nos
concrasse audio. uosq; illis ad bellum Duces
exhibuisse. Parū sibi quidē consulere uidentur:

qui temere hostē ī pugnā nulla causa laceſcunt.
ITALIE MAGISTATVS TVRCO.
Iuſtiſſima nobis tecum belli causa eſt : Qui ſce-
uiſſimi Tyrāni crudelitātē ac ſcelera deteſtātes :
arma aduerſum te uelut publicum nature hoſtē
ſumpſimus .nec ſolum cum Germanis Gallis
Hiſpanis & uniuerſo occidēte conſpirauimus :
Sed liberas ciuitates etiā per legatos aduerſus
Turcoꝝ gentem undiqꝫ ſollicitamus . Idcirco
pſuaſi a nobis criſtianorꝝ opulentiffimi Reges
coactis ad bellū uiribus populos ī arma cōcita-
rūt . Vt tot crudelitates tuas furorē cedes libidinē
incendia & urbium direptiones ulciſcantur . ac
defenſa hominum libertate : tuis ab iniuriis orbē
uindicemus . Iuſtiſſima quidem arma ſunt : quibꝫ
publica omnium ſalus contineatur.

**TVRCVS REGI
FERDINANDO .**

Egregias laudes tuas & inuicti animi magnitudinē
ac rerum geſtarum gloriam libētiffime accipio .
qui cum ioriens bello hoſtes proſtigaueris : ea
ratione uiciſti : ut uictis poſſes ignoſcere . nec
ut iuſtiſſimam ultionis iram hoſtis publicus :

17
XVII.

uerum animi clementiam quibus in te experiret.
& quod summum in principe ducimus: fortuna
quippe aduersa te semper inictuum praestitisti:
nec in secundis rebus elatum. Haec ideo de te
libenter commemorauimus: quoniam sepe etiam
uirtus in hoste laudatur.

REX FERDINANDVS TVRCO.

Et si pulcherrimum esse ducimus aliquo insigni
merito ab hostibus laudari: quod eorum uerius
probamur testimonio & amicorum sepe iudicio
fallimur. Nos tamen uerbis non tam gloriae
uoluptatem querimus: quam ut propria ex rebus
gestis laudem assequamur. Haec uero libentissime
complector: cum tibi me uideri: quem simul hostes
ob uirtutem admirari: & ciues ob iusticiam cole
re possint.

TVRCVS SICVLIS.

Cartaginensium duces: quibus olim cum Romanis de impio
orbis diu certatum est: multis uos sepe cladibus affli
xere. quod partium studia secutos: egre in fide reti
neret. Nunc uero subsidia Rhodis ad halicarna
stium misisse audio. & comatus omnes ad belli usum
manibus onerariis comportasse. Vos igitur hostes pu
blicos bello declarabimus. ut quod nos frustra leserit

temeritatis penas luere cogantur. Non enim solum
nobis tutum est ab aliorum iniuriis vindicare: sed
hostibus etiam formidolosum.

SICVLI TVRSCO.

Nec contra te arma sumpsimus: quos nunc Rhodius
subsidia in halicarnasso misisse arguit: nec quem
piam affecisse iniuria uidemur: si crudelissimo
tyranno lociorum auxilia fidemque anteponimus.
Noli igitur maiorum perfidiam siculis obicere
qua quidem omnibus ipse fidem datam ac ius
iurandum semper uiolaueris, nec eos minis perterere
debes: quibus promptius est ad arma iniurias
quam ad uerba referre.

TVRCVS ALEXANDRINIS.

Mercatoribus uestris alexandrini pontum omnem
& asiam interdiximus. Nam cum Bituniorum
urbes ere alieno opprimerentur: legatos ad me
Callipolis questum misere. Insuper negotiorum
uluras detestantes: quibus ciuitatum pecunias
exhauriantur. Sanctius nobis igitur uisum est: ad
multorum potius: quam ad paucorum utilitatem
respicere.

ALEXANDRINI TVRSCO.

Et si minime ad uos pertinere uideatur: tecum

18
XVIII.

de priuatis rebus cognoscere: si tamen eadem gesta fuerunt aut tentata que scribis: nec gratiã a nobis: nec odiũ in hac re promereris. Cuiq; enim pro arbitrio res sua agit.

TVRCVS TARTARIS.

Quod multis sepe usu euẽit: ut uel metu aliquo aut necessitate i alios plerũq; deteriores fiant: uobis quippe natura loci tribuit omniũ fore pessimos qui uelut incõdita uulgi barbaries nullis legibus tenemini. Cum tamen ad nos pecunias nec in tempore legatos miseritis: illas quidem exhibere nobis per uim debere ostenditis.

TARTARI TVRSCO.

Stultum est profecto te a nobis exigere: qui aliorũ spoliis ac rapto uiuamus. atq; ab his legationẽ frustra expectas: qui nõ orandi studiũ: sed belli gerendi curam foris suscipiunt. Mores præterea nostros iam admirari nequaquam debes: cum parum absit a ritu ferarum. Nam qui maiorũ instituto ius ipsum in armis habent: cedibus preda ac rapinis pro legibus utuntur.

TVRCVS ATHENIENSIBVS.

Gynnasia uestra Athenienses quibus florentissimam

rem publicā eximiaſq; philoſophiæ laudes aſſe-
cuti eſtis : nos maxime hortari uidentur : ut urbi
ueſtræ ignoſceremus . cum propter maiorꝝ ſapi-
entiam ac dignitatē: tum etiam ob ſtudia bōꝝꝝ
artium: quas ſimul inuētas athenis ac perfectas
accepimus . Sed cum ueſtrum ſemp̄ i me odium
ipſe conſidero : beneficiis quidem uos potius ir-
ritare: quam ad gratiam promptiores mihi red-
dere uideoꝝ Idcirco agros eleuſinæ incēdio late
depopulati Apꝝero ad Megaras i prædā mili-
tum diuiſimus . mox urbem etiam pari fato di-
repturi. Hoſtis enim clementiam ſepe uincit de-
licti magnitudine.

ATHENIENSES TVRCO.

Non odio quidem aduerſum te nitimur. Quid enī
ſalua nobis libertate eſſe poteſt. Sed pro prima
liberis ac parētibus (quibus omnia debentur) ar-
ma ſumpſimus . Nec tecū hoſtiliter agere uide-
mur ſi noſtra defendimus : cū tu aliena oppugnes
Sed qd :e maxime deceat reſpicere oportet. nū-
quid ipſi deliquerimus . Ignouit Sylla Athenis
Bis etiā Alexāder uenia dignatus eſt. Quæ uero
tua dici uictoria poteſt ſi nos belli premitum p-
dideris ? Debes igitur nos potius in exemplum

19
XIX.

pietatis seruare: quo tibi facile omnium animos
ad gratiam conciliabis: quam crudelitatem libi-
dinem & furorem in captiuos ostendere. quibus
græcos aduersum te odio concitabis. Nos tamē
quibus nulla ulterius belli fiducia est: nisi uenia
dignaberis extrema fortiter audebimus. Quid
enim pulchrius est: aut in humanis unquam iucundius
esse potest: quam egregios ciues atque domesticos
pro salute omnium se se intrepidus morti exponere?

TVRCVS THEBANIS.

Direptionem athenarum uos egre Thebani pertu-
lisse audio. quos & belli socios & consilioꝝ in
me participes extitisse iam pridem persuasimus.
Vobis igitur quibus ingens hostium metus incessit
idem rerum exitus fata debent. paresque athenien-
sibus calamitates. Hæc ideo significauimus: ut
metu prius & scelerum conscientia mox uero gra-
uioribus suppliciis torqueamini.

THEBANI TVRCO.

Deletis Atheniensibus non solum Thebanis animos:

uerū & græcis omnibus : quorū sepe libertatis
auctores exitimus : uires ad bellum auxisti: qui
armorum rabie uersi in furorem: te quidem ī tot
scelerum penas ultro reposcant . Solet & enim
plerūq; afflictis rebus ultima sati necessitas cerā
quoque miseris salutē polliceri. nec facile tyrāno
parere consuescunt: qui alius imperare didicerūt .

TVRCVS LACEDEMONIIS.

Exercitū Lacedemonii: quē ad spartā oppugnandā
sub Cleandro misimus formidare uos audio : in
quo peditum . M. xx. delecta comparauimus .
Equitum uero leuis armaturæ. viii . quorū etiam
uirtus ī bello eximia: ac fides non tā sepe nobis
spectata ē: quā hostibus formidolosa. Vos igitur
tot fortunæ calamitatibus affectos : ad rē publicā
ac ciuium salutem respicere oportet. ne si pristina
maiorū uirtute bellū uobis supra uires aduersum
nos gerendum sit : mox temeritatis penas luere
cogamini. Pulchrum enim est gratiam in his ab
hoste promereri: quæ si facere recusamus : ad eā
mox tamen inuiti compellimur.

LACEDEMONII TVRCO.

Cleandro apud Laonas cum uniuerso exercitu

. XX .

nostro deditiōē nosmet sponte fecimus . Tutius enim lacedemonii esse duxerunt hostium consilia admittere: quom salubria uiderentur: quam arma experiri. Nec uisa nobis potior uictoria est: quā nullo rei publicæ detrimento patriam ab incēdio belli seruasse.

EPISTOLAE MAGNI TVRCI FINI
NIVNT : A LAVDINO EQVITE
HIEROSOLIMITANO EDITAE:

De Hermofrodita per d. An. Parnormitanum .

CARMEN DECASTICON.

Cum mea me genitrix gaudio gestaret in alio

Quid pariat fertur consuluisse deos .

Mas sibi phebus ait: mars foemina: iunoq; neutrum .

Cumq; solem natus hermofroditus eram.

Querenti letum Iuno ait. Occidet armis

Mars cruce phebus aquis fors rata quæq; tulic.

Arbor obumbrat aquis conscendo decidit ensis

Quem tuleram casu labor & ipse super .

Pes hesit ramis subiit caput amne tulicq;

Foemina uir neutrum flumina tela crucem .

. FINIS .

.G.

.F.

.T.

Repertorium epistolaz hoc in uolumine conten-
tarum.

Reperitur enim illa : quam scrip.

Turcus Zancassano:	folio	.i.
Zancassanus turco:	fo.	.ii.
Turcus zancassano:	fo.	.ii.
Zancassanus turco:	fo.	.ii.
Sexuares Rex Armeniæ turco:	fo.	.ii.
Turcus Sexuari:	fo.	.iii.
Soldanus turco:	fo.	.iii.
Turcus soldano :	fo.	.iiii.
Turcus Pontifici Romano.	fo.	.iiii.
Pontifex romanus turco:	fo.	.iiii.
Turcus Pontifici romano:	fo.	.v.
Pontifex Romanus turco:	fo.	.v.
Turcus Venetis :	fo.	.v.
Veneti turco:	fo.	.v.
Turcus Græciæ magistratibus :	fo.	.vi.
Græciæ magistratus turco:	fo.	.vi.
Turcus Venetis :	fo.	.vi.
Veneti turco:	fo.	.vi.
Turcus Genuensibus :	fo.	.vii.
Genuenses turco:	fo.	.vii.

XXI.

Turcus Naritiis :	fo.	.vii.
Naritii turco:	fo.	.vii.
Turcus Corcyrensis :	fo.	.vii.
Corcyrenses turco:	fo.	.vii.
Turcus regi Cyporum:	fo.	.viii.
Rex Cyporum turco:	fo.	.viii.
Turcus Methonensibus :	fo.	.viii.
Methonenses turco:	fo.	.viii.
Turcus Coronensibus :	fo.	.viii.
Coronenses turco:	fo.	.ix.
Turcus Florentinis :	fo.	.ix.
Florentini turco:	fo.	.ix.
Turcus Ponticis :	fo.	.ix.
Pontici turco:	fo.	.ix.
Turcus Cretensisibus :	fo.	.ix.
Cretenses turco:	fo.	.ix.
Turcus Chius :	fo.	.x.
Chii turco:	fo.	.x.
Turcus Epidauris :	fo.	.x.
Epidauri turco:	fo.	.x.
Turcus Nauplensibus :	fo.	.x.
Nauplenses turco:	fo.	.x.
Turcus Pannonis :	fo.	.xi.
Pannonii turco:	fo.	.xi.

Turcus Nacedonibz:	fo.	.xi.
Macedones turco:	fo.	.xi.
Turcus Asiaticis :	fo.	.xi.
Asiatici turco:	fo.	.xi.
Turcus Bithiniis :	fo.	.xi.
Bithinii turco:	fo.	.xii.
Turcus Delphicis :	fo.	.xii.
Delphici turco:	fo.	.xii.
Turcus Pergamenis :	fo.	.xii.
Pergameni turco:	fo.	.xii.
Turcus Mithelenis :	fo.	.xii.
Mitheleni turco:	fo.	.xii.
Turcus Amazoniis :	fo.	.xiii.
Amazonii turco:	fo.	.xiii.
Turcus Illiricis :	fo.	.xiii.
Illirici turco:	fo.	.xiii.
Turcus Rhodiis :	fo.	.xiii.
Rhodii turco:	fo.	.xiii.
Turcus Rhodiis :	fo.	.xiii.
Rhodii turco:	fo.	.xiii.
Turcus Epiris :	fo.	.xiii.
Epiri turco:	fo.	.xv.
Turcus Dalmatis .	fo.	.xv.
Dalmatae turco:	fo.	.xv.


XXII.


Turcus Appulis :	fo. .xv.
Appuli turco:	fo. .xv.
Turcus Brundusinis :	fo. .xv.
Brundusini turco:	fo. .xvi.
Turcus Syracusanis :	fo. .xvi.
Syracusani turco:	fo. .xvi.
Turcus Italie magistratibus :	fo. .xvi.
Italie magistratus turco:	fo. .xvi.
Turcus Regi Ferdinando:	fo. .xvi.
Rex Ferdinandus turco.	fo. .xvii.
Turcus Siculis :	fo. xvii.
Siculi turco:	fo. xvii.
Turcus Alexandrinis :	fo. .xvii.
Alexandrini turco:	fo. xvii.
Turcus tartaris :	fo. xviii.
Tartari turco:	fo. .xviii.
Turcus Atheniensibus :	fo. .xviii.
Athenienses turco:	fo. .xviii.
Turcus thebanis :	fo. .xix.
Thebani turco:	fo. .xix.
Turcus Lacedemoniis :	fo. .xix.
Lacedumonii turco:	fo. .xix.


Finis tabulæ eplāꝝ magni turci: quæ sunt. lxxxix.




55496









BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959168

Inc. 41-8^{av}

Reg. 55496

